A[nn]o 1765 die 16 Jan[uari]i in Consessu Sen[at]us M[a]g[ist]r[a]tus Pesthiensis ~~[struck]~~ in Causa Lenocinii sequens ~~[struck]~~ examen pro- altum est:

Rosalia Stephanics, ~~uxore~~ Henrici Friedrich, ~~consors~~, Incolae hujatis Consors, citata est in praesentiam Magistratus, eo quod pro teste, quod ipsa sciat, Sebastianum Stabile, ex ejus consortem, in extra- maniali Diversorio Rudolphiano Caupones, criminis Lenocinii reos esse; et fassa est hoc modo: ~~[struck]~~ Haec fatens ante quinquennium juvenis et Coelebs existens, per uxorem nunc dicti Cauponis pluribus vicibus vocata est ~~[struck]~~ ad Servitium, cum promissione tali, quod ei non solum bonum Salarium dare, verum etiam Maritum ipsius agere, suoque tempore ipsam in Matrimonium elocare velit. Dissuadebant fatenti Servi Cauponis illius, quod Caupo, et ejus uxor, pessimae notae homines essent: Fatens nihilominus magnis Cauponissae promissis et constantibus persuasa, resolvit tamen illuc ad Servitium. Decimo post tempore Casu evenit, quod certus Officialis in Diversorio Constitutus ~~[struck]~~ petierit fatentem ad privatum suum cubile. Detrectabat fatens, ~~[struck]~~ eo dicebat Cauponissa, Sola cum solo in cubili quid ita? Sed Cauponissa incitabat fatentem his et similibus: Tu Stulta puella, cur non pergis, quid times, scire tamen debes, si fueris maritata, debebis gratis servare, nunc accipies solutionem. Fatens reposuit:

7 Hae quae revera emancipatio justis, inire matrimonium, et non haberet marito.

hinc eo fine huc ad servitium non venisse, eandemque professionem ignorare, corpus suum, et Virginitatem [illegible] nullâ libidinis maculâ contaminasse fidenter ipsi Compromissae declaravit, quod nolit ad officialem ire, prout neque ivit. Post aliquot dies venerunt iterum alii officiales, qui Compromissam in praesentia fatentis examinarunt, cujus generis adstans puella foret? respondit Compromissa, puellam esse mundam, nullum adhuc ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ uti hoc sordide terminis protulit: [illegible] habuisse, id est, quod virum neminem adhuc cognita fuerit. Per Compromissam proinde ad [illegible] unum Capitaneum in separato cubili missa fuit, ~~Caa~~ fabas Turcicas, uti Capitaneus ipsi ~~Caffe~~ obtulit. Verùm Ca-
vicas, vulgo dictas Caffe, fatens cum Compromissa, attulit [illegible] mensae, eo hora Capitaneo assidebat [illegible] fatenti serviebat missa servili suae Rosoli quem ante deperierant potus, nunquam degustavit, hoc hac fatens in ~~[illegible]~~ tanta gravitate propinatum ipsi noverit. Eque-
stris, ut semet non ad lectum posse dare fatentem, et ad suum lectum, desideravit ipsa Consororilem suam etiam penes; sed occlusum jam fuit cubile, promi inter fratrem Capitaneum neum [illegible] occasio amissae Et haec fuit prima suae Virginitatis. Accepit à Capitaneo ~~[illegible]~~ quinque aureos Compromissa, septem accepit tandem amicà. Post hoc tempus fatens nefando huic Crimini immersa fatens

per hos

per tres quadrantes, Anni Continuavit.
~~t~~ Interrogata fuit fatens, utrum ex quaestu
hoc suo hera sua Cauponissa aliquid dare
debuerit? respondet, Reliquae Serviles sem-
per ~~medio~~ dimidiam quaestus partem
herae dare debuerunt, adeoque ipsa etiam
semper medietatem dedit, Ulterius
fuit interrogata, qualenam Salarium
pro Servitio habuerit? respondet: habuit
promissos 12 flor., sed nihil accepit, illud
solum quaestum pro mercede habuit.

Anna Pajdoch, ~~annor~~ Servitij apud eandem Caupo-
nem, annorum circiter 20. fatetur: Semet
jam tertia vice apud hunc Cauponem
in Servitijs esse. et enarrat ~~...~~ Complu-
res Casus, quod ab hospitibus Cauponissa diver-
sas res furto abstulerit, et ~~...~~ partem
Servilibus dederit. Nihil novi
etiam fuit, quod in foro piscatorio, cum pisces auca-
rit, ~~Sor~~ furenti dederit, et non solve-
rit, ipsis abiverit. Maximum vero est, quod
nulli Servili annuum centum flor.
~~libro~~ plenarie solvat: sed pro recognitione
liberas indulgeat Servilibus, Semet cum
hospitibus ~~ad~~ distinctis cubilibus sepa-
randi, et meretricandi, prout in eadem
Diversorio in praesens usque Crimen
hoc adeo frequentatur, ut per Cauponem,
et ~~Com~~ per Cauponissam ~~Servilibus~~
omnibus hospitibus Servilibus
exhibeatur. Abominabile illud videtur, quod
filia Cauponis, praesertim cum uno Rese-
ano ~~a~~ Buda huc transeunte, in infer-
ior(?) Servilium meretricetur. Serviles pro reco-
gnitione hujus libertatis, Cauponissae

& filiæ, debent totius proles nec
dinalia dare, & libertatem questus
habent pro salario. Ita fatens, ita
religiose servilis serviunt.

Maria Anna Mayerin annorum circiter 20. ante sex hebd.
madas abiit ex eodem Rudolphiano Diversorio,
examinata, qualemnam vitam degerit in hoc
Diversorio, respondit, Amet nihil mali ibidem fuisse,
Diversorio, [illegible] mali de illo Diversorio scire, sicut
neque quidquam mali de [illegible] folio 12.
[illegible] Sardosch cum ipsa confrontata,

Prior fatens Anna Sardosch instar religiosæ servitus absque
dixit ei, quod instar religiosæ servitus absque
omni servitio serviverit, & vitam illæ negotiosam
dam instar religiosæ degerit. Inter cætera
arguit istam cujusdam furti in fornice hic
ad Albam Rosam cum filia commissi, in Perceptione
unius sericeæ ligulæ commissi;
Interrogata adstans Mayerin confitetur de
furtum, sed duas ligulas restituisse.

Cauponissa cum servilibus confrontata, reder-
guta, tamen negat.

Deliberatum est.

Inquisitis fatentibus testibus, Roskii Stephanus, & Anna
Sardosch, prior jam post quinquennium crimen
lenocinii motivo quidem propriæ turpitudinis,
posteriore vero ex rancore indebiti illo, quod
per Cauponem fuerit incusata, criminis lenocinii
Cauponem et Cauponissam insimulante,
inquisitæ hæ fateantur, velut personæ notatæ
ad confirmandas has corporali juramento
mediante fassiones ob perjurii metum, ~~[illegible]~~
admitti non possunt. Nihilominus tamen ad
ex fassionibus earundem ~~[illegible]~~ fatentium
ardua ~~[illegible]~~ ore Cauponi & Cauponissæ
crimen lenocinii, & furta coram objicien-
tibus, quam etiam ex publica & commu

Populi

Populi fama, gravi admodum suspicione adversus delatos Cauponem et Cauponissam militare, eosdemque suspecta, mala, et scelerata viros homines arguere. Ideo eosdem Cauponem et Cauponissam, nimirum Sebastianum Heberle, et ejus uxorem hinc amandandos decerni, ita ut intra quindecim dies ~~[illegible]~~ cum omnibus rebus suis extra Territorium et Jurisdictionem Civitatis hujus semet infallibiliter alio transferant, secus transacto hoc termino, ~~[illegible]~~ ex per Vigiliarum Magistrum ex Directorio ejiciendi, ipso in his personis trans[illegible] Jus Senatu Damnatum decernens.

Actum die 19 Jan. 1705.

~~Notandum. Quod etiam Rosalia Stephanin ex instanti hinc pulsa est.~~

Notandum. Quod Anna Sajdoych et Maria Anna Mayerin ex instanti hinc pulsae sunt.

Inquisitio et
Sententia
in Crimine Leno-
cinij Cauponem
Sebastianum Ebele
et Consortem ejus
tangens.

53.1.2.1